

L'addio di Pantea al marito Abradata

(Senofonte, *Ciropedia*)

Ἐν δὲ τούτῳ ἡ Πάνθεια ἀποχωρῆσαι κελεύσασα τοὺς παρόντας πάντας ἔλεξε· Ἀλλ'ὄτι μὲν, Ἀβραδάτα, εἴ τις καὶ ἄλλη πρόποτε γυνὴ τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα μεῖζον τῆς αὐτῆς ψυχῆς ἐτίμησε, οἴμαί σε γινώσκειν ὅτι καὶ ἐγὼ μία τούτων εἰμί. Τί οὖν ἐμὲ δεῖ καθ'ἕν ἕκαστον λέγειν; τὰ γὰρ ἔργα οἴμαί σοι πιθανώτερα παρεσχῆσθαι τῶν νῦν λεχθέντων λόγων. Ὅμως δὲ οὕτως ἔχουσα πρὸς σὲ ὥσπερ σὺ οἶσθα, ἐπομνύω σοι τὴν ἐμὴν καὶ σὴν φιλίαν ἢ μὴν ἐγὼ βούλεσθαι ἂν μετὰ σοῦ ἄνδρὸς ἀγαθοῦ γενομένου κοινῇ γῆν ἐπιέσασθαι μᾶλλον ἢ ζῆν μετ'αἰσχυνομένου αἰσχυνομένη· οὕτως ἐγὼ καὶ σὲ τῶν καλλίστων καὶ ἑμαυτὴν ἠξίωκα. Ὁ δὲ Ἀβραδάτας ἀγασθεὶς τοῖς λόγοις καὶ θιγὼν αὐτῆς τῆς κεφαλῆς ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπηύξατο· Ἀλλ', ὦ Ζεῦ μέγιστε, δός μοι φανῆναι ἀξίῳ Πανθείας ἀνδρί.

Sezione triennio

Il vino e gli amici

(Alceo)

Fr. 333 V

Οἶνος γὰρ ἀνθρώπῳ δίοπτρον.

Fr. 338 V

Ἦγει μὲν ὁ Ζεῦς, ἐκ δ' ὠράνω μέγας
χειμῶν, πεπάγαισιν δ' ὑδάτων ῥόαι.
Κάββαλε τὸν χειμῶν', ἐπὶ μὲν τίθεις
πῦρ, ἐν δὲ κέρναις οἶνον ἀφειδέως
μέλιχρον, αὐτὰρ ἀμφὶ κόρσα
μόλθακον ἀμφιβάλων γνόφαλλον.

(Archiloco)

Fr. 4 W

Ἄλλ' ἄγε σὺν κώθωνι θοῆς διὰ σέλματα νηός
φοῖτα καὶ κοίλων πώματ' ἄφελκε κάδων,
ἄγρει δ' οἶνον ἐρυθρὸν ἀπὸ τρυγός· οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς
νηφέμεν ἐν φυλακῇ τῆδε δυνησόμεθα.

Sezione biennio

Cicerone scrive alla moglie Terenzia e ai figli Tullia e Cicerone

(Cicerone, *Ad familiares*)

Ego minus saepe ad vos do litteras, quam possum, propterea quod cum omnia mihi tempora sunt misera, tum vero, cum aut scribo ad vos aut vestras lego, conficior lacrimis, sic ut ferre non possim. Quod utinam minus vitae cupidi fuissetus! Certe nihil, aut non multum in vita mali vidissetus. Quod si nos ad aliquam alicuius commodi aliquando recuperandi spem fortuna reservavit, minus est erratum a nobis; sin haec mala fixa sunt, ego vero te quam primum, mea vita, cupio videre et in tuo complexu emori, quando neque di, quos tu castissime coluisti, neque homines, quibus ego semper servivi, nobis gratiam rettulerunt. O me perditum! O me adflictum! Quid nunc rogem te, ut venias, mulierem aegram, et corpore et animo confectam? Non rogem? Sine te igitur sim? Opinor, sic agam: si est spes nostri reditus, eam confirmes et rem adiuves; sin, ut ego metuo, transactum est, quoquo modo potes, ad me fac venias. Unum hoc scito: si te habeo, non mihi videbor plane perisse.

Sezione triennio

Fuori si gela: stiamo al caldo tra amici

(Orazio, *Carmina*)

Vides ut alta stet nive candidum

Soracte, nec iam sustineant onus

silvae laborantes, geluque

flumina constiterint acuto.

Dissolve frigus ligna super foco

large reponens atque benignius

deprome quadrimum Sabina,

o Thaliarche, merum diota.

Permitte divis cetera, qui simul

stravere ventos aequore fervido

deproeliantes, nec cupressi

nec veteres agitantur orni.

Quid sit futurum cras fuge quaerere et

quem Fors dierum cumque dabit lucro

appone, nec dulces amores

sperne, puer, neque tu choreas,

donec virenti canities abest

morosa. Nunc et campus et areae

lenesque sub noctem susurri

composita repetantur hora,
nunc et latentis proditor intimo
gratus puellae risus ab angulo
pignusque dereptum lacertis
aut digito male pertinaci.